Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



Ad hoc et honorius in libro qui vocatur
Speculum ecclesie mihi suffragatur
In ecclesiastica hystoria beatus
Pontifex ewsebius et quidam protestatus
Et hystoriographus ut sanctus egisippus
Africanus Josephus orosius philippus
Scriptis suis ad hoc nobis affuerunt
Ipsi nam de Jesu Xti tempore scripserunt
Invidus non habet hic locum detrahendi
Nam cuilibet conceditur facultas corrigendi
Librum istum vel ut placet totum abradendi
Daturque meis emulis licencia mordendi.

Liber secundus a nuntio Gabrielis narrationis fi-
lum producit usque ad praedicationem Joannis
Baptistae in deserto. Tertii prologi tenor est:

Matheus Marcus atque Lucas isti tres scribentes
Gesta Jesu tacuerunt quasdam obmittentes
Virtutes et miracula que fuit operatus
Pius Jesus sicut est aperte protestatus
Liber ewangelicus Johannis Zebedei
Quem scripsit annis plurimis post mortem fily dei
Sicut hoc miraculum de Resuscitato
Lazaro nec non ab aqua vino commutato
Multaque similia que scripto sunt obmissa
A Johanne sed fuerunt a requie obmissa
Sed adhuc de Jesu plura scripta reperimus
Que nos in ewangeliis nusquam invenimus
Sicut illud quod beatus scripsisse comprobatur
Pontifex ewsebius in libro qui vocatur
Sic ecclesiastica historia de rege
Abgaro, tunc edessenam qui rexit sua lege
Epistolam qui domino pro morbo suo scripsit
Ipsi quoque Jesus Xtus epistolam rescripsit
Insuper apostolus paulus manifeste
Asserit Epistola Corinthiorum teste
Quod Jesus apparuerit post resurreccionem
Jacobo per singularem apparicionem
Et quingentis fratribus simul congregatis
Scribit hunc apparuisse cum humanitatis
Forma, nunc pro veritate recitantur ista